



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXLVII. De Bello terrae Colmensis in secunda Apostasia, & primo de  
fratre Heydenrico Colensi Episcopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gener. Ord. Teut.  
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Prov. in Pruss.*

## CAPUT CXLVI.

*De**Desolatione castri Spittenberg in se-  
cunda Apostosia.*

**I**N terra Pomesania fuit quoddam castrum dictum Spittenberg, in quo fratres habitabant: Sed cum in secunda Apostosia totiens à Pruthenis vexarentur, nec possent eis à modo resistere, propter defectum necessariorum, combusto castro cum suis armigeris recesserunt, & sic adhuc remanet desolatum.

## CAP. CXLVII.

*De**Bello terræ Colmensis in secunda Apo-  
stasia, & primo de fratre Heydenrico Col-  
mensi Episcopo.*

**F**rater Heydenricus (<sup>a</sup>) Ordinis Prædicatorum fuit infra secundam apostosiam Episcopus Colmensis. De quo indubitanter refertur, quod Beata Virgo Maria cuidam pauperi viro apparuit, dans ei literam dicto Episcopo deferendam, quam literam dum Episcopus legeret, invenit totam vitam suam in ea descriptum & additum, quod Christiani in terra Prussiæ deberent à Pruthenis vexari adhuc multis tribulationibus & pressūris.

## ANIMADVERSIO.

(<sup>a</sup>) Fratris Heydenrici honorab. Ord. Prædic. Colmense Episcopi, fit mentio in Privileg. Civit. Elbing. An. 1246. concessō inter testes. Item in pactis Pruthenorum auctoritate Pontificii Legato Jacobi publicatis An. 1249. Dn. Zamelius.

CAP.